



Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris |||
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

ut conducto exercitu in Daniam armis reduceretur. Ar-
mauit classem, & redit in regnum. Sed tanta fuit con-
spicuum manus, ut nihil proficeret: iterumq; armis
electus est. Tum Daniae proceres, cōmunicato cum Hol-
satia comitibus consilio, & valdemarum Sleswici ducem,
puerum duodennem regem creauerūt. Is nouus rex, ha-
bito in Fonia regni conuentu, Gerhardum comitem a-
unculum suū creauit pro se ducem Sleswici: Iohanni
comiti permisit Lalandiam, Falstriam & Cimbriam,
insulas minores in regno tres. Gerhardus in arce Lalan-
dia & Werdinborg, militē quendam reperit Germanum:
quam arcem solutis quatuor marcharū millibus de ma-
nu illius recepit, & donēc solueret summā memoratam,
in pignus tradidit arcem Zegeberg: vndē tamen capta
breui post tempore eadem arce, per nocturnas insidias
est electus: Pertinet enim ad districtū Wagria, quā gu-
bernabat paterna successione Iohānes comes antedictus.

CAPUT XI.

Idem comites Iohannes & Gerhardus, vbi vnū sen-
sere, junctis armis, regem Daniæ Christophorum, Io-
hannis, vt diximus, vterinum fratrem, eō perpulerunt, vt
Lubicam descendens, cum eisdem per interpositos ami-
co transigeret, vtq; illi, acceptis octuaginta millibus ar-
gentim marchis, regnum illi permitterent incolume, &
pro viribus illi assisterent in rebelles: reddentes terras
cum arcibus, quas tenerent: vtq; & valdemarus iunior,
quem regem creauere, volūtate Gerhardi, ex cuius ar-
bitrio adolescens totus penderet, in ducatū rediret. Ar-
bitratus rex, si comitum illi accederent, Danorumq; de-
cederet partibus arma, facile se obuiaturum aduersan-
tibus. Et quoniam argentum, quod ex formula prom-
ptum appenderet, non erat, dedit comitibus pignus pro

Sf 3 eo



eo Syluam Danicam, cum parochijs octo, no cōtemmendis, quoād numeratū solueret: Quibus ex sententia constitutis, regem comites reduxēre in arcem Dverdingborg: Qui autem ex proceribus contraria sentiebant, sūgem in arce circunsedēre. Sed tum fuit ea potentiarē, cūm sibi comites deuinxisset, vt facile Danis superior esset. Iutie tamen proceres indignè, quod gerebatur, ferētes, & regi, & duci suo, simul & comitibus austribellare, arcem Gottorpe iterūm obsidione cinxere. Abarat per id tēpus Gerhardus comes: Sed Iohānes contratis, quæ poterat, armis, properat obsidionem soluere: iuadit obsidentes, & magno prælio victor, nongentos ex his capit, multos prostermit: cæteros verit in fugam. Christophorus deindè rex vir inquieti animi, iam frati suo Iohanni per fædera iunctus renouata, promibilo duxit Gerhardum aduersantem sustinere. Igitur magna iterūm exercitu conscripto in Dvaldemarum Slesvici ducem mouēs, arcem Gottorpe, quæ sola oculos eius offendit, quod clavis videretur in Holsatiā, constituit expugnare: quod vt promptius fieret, in grandi vallo (Danicum opus vocant) in conspectu arcis memorata, cohortes, quantis opus videbatur, constituit, vt aditus obseruarent, nè Holsati transgreſi solueret obsidionem, quam instituerat. Non potuit ignorare tantam Gerhardus molitionem: Ille quoquè emissis ad amicos nuncij ultra Albim nobiles, in diœcesim Bremēsem, perq; Westphaliā, usque ad Rhenum, & à domo de Brunkhorſt, quam materna stirpe tangebat, arma contraxit auxiliaria. Conuenēre omnes in Reindesborg, & priusquam educerentur, interposita mora, sumptus non mediocri in oppido fecere aduenæ: iam educēdi erant, nec tamen ciues egredi sinebant, nisi ære persoluto. Comes rerum ignavis;

ignarus, aut quod fidetur illos sequuturos, facile ciui-
bus quietatis, egreditur cum suis. Aduenæ ut iura & fi-
dem hospitij non violarent, cum Burchardo de Itzehu-
demilite, qui comitis nomine forenses introduxit: cum
Gerhardus, quod pro ipsis promptum solueret, non ha-
beret, in oppido remansere. Burchardus erat, cui si-
gnia in acie præcipua erant commendanda. Quid face-
ret comes? Hostes perurgebant: sine dispendio famæ ce-
derem non poterat. Equites erant cum comite quadri-
genti, aduersus duplo maiorem numerum: Sed initum
certamen magnis animis: Satis videbatur tantam ho-
stium manum sustinere, nec vinci: Vberius aliquid for-
tuna comiti cœtulit: Etiam vicere pauci multos: & per-
alta multorum strage, rex fugam inijt. Et quia in
Sleswicum declinare non poterat, quod hostes media
tenerent, Kilonem versus iter instituit ad Iohannem:
qui tum agmina sua præparata tenebat in Todeslo, ibi
oppositurus se his, quos venire Gerhardo ab ea parte co-
gnouisset: nec prospexit tam celerem inclinationem for-
tuna. Interim Burchardus capitaneus prefatus, audiens
esse congressos, sed exitum nesciens, permittentibus ci-
uibus, cum aliquantis egressus est, vt quid factum sit au-
scularet: Peruenit in locum Sestede: & iam noctu equi-
tes accelerare audit: Vbi proprius venit, Danos intelli-
git: & hostiliter incurrens, facile paucos exterruit:
Omnes ilicò capit, in quibus rex erat Christophorus: Et
nulla interposita mora, cū capiuis Gottorp contendit:
perueniensq; portas pulsat importunus. Prior comes de
bratu suo, quanuis vulneratus, exurgit: nec enim curæ,
nec vulnera, quiete permittunt, magni aliquid in nūcio
nocturno, vt erat, interpretatus. Quid est inqt? quis pul-
satfores? Agnoscens miles vocē comitis, proclamat: Eccè

S F a domi-

domine, grauiter vulneratus, & insuper captus sum,
quid spei praefers? Cui comes: Serua breuem patientiam,
(agnouit enim & ille vocem loquentis militis)
multos Dei miseratione teneo captiuos: celeriter redi-
meris. Et ille secum, Magno, inquit, tuo commodo molli-
ter respondisti. Tum elatiore voce miles: Maioris &
felicioris rei tibi nuncius aduenio: Eccè affero captum
regem Danorum: Surge, laxetur porta, ut asseruerit.
Nihil moratus comes, iubet aperiri, Regem captiuū pro
fortuna salutat: iubet curatque custodiri diligentius.
Non sum ignarus apud alios referri, regē non captum,
sed bello profugum, venisse Kilonem: Sed tamen hic e-
rat rerum exitus, ut Iohannes comes, regis frater vici-
nus, interposita opera, captiuos omnes, data in possessio-
nen Gerhardo Fonia, & aliquot arcibus, captiuitate
laxauit. Dani interim, iniquo ferentes animo, tantam
in se Holsatorum insolentiam, quotquot repererunt in
oppido Lunden, facto impetu, omnes peremerunt: Ar-
cem Helsingborg, quam Gerhardus tenebat, obsidentes
capiunt, & deinde alias, quotquot ille de manu registra-
nuit, pulsis custodibus, recipiunt. Sed cum per propin-
qua tempora rex Christophorus excederet rebus huma-
nis, relictis filijs Ottone & Waldemaro: Ottoninatum
iori cum Gerhardus comes in Iutia ad vicina Esiburgi
collata manu congrederetur, comesq; Holsatorum, pro-
sperante fortuna, superior esset, multis in medio cæsi,
Ottонem regis filium capit: captumq; secum duxit in
Holsatiam, & eum in Zegeberge arce munitissima, per
viros fidissimos custodiri iussit.

CAPUT XII.

Nihil propitia fortuna perpetuum, immò nec di-
uturnum: Inuidisse fortis viri prosperis successi-

bus
nia,
long
breu
rent
quèr
jam
hiuin
riū in
gels
iram
colleg
tati si
comis
Mær
lis: a
laus,
fitua
mula
Adolph
rami
tulit
Holsa
dus se
& nep
eiusib
cuis fra
ex hoc
tres, in
hardi
mam
encon